

1165

D O G M A T I C I

1166

praemuniti sunt. Ad calcem IV. *Explicit liber quartus sententiarum Benedicamus domino Deo gratias Amen. 1398.* Margines notulis adpersi. Pag. ult. *Puncta in quibus Magister non tenetur ab omnibus.*

CCCCLXXVII.

R. 77

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 329. 8. minute sed sane nitide perscriptus, coloribus comtus, et a *Thoma M. Alfano* O. P. Bibliothecae oblatum anno 1721. exhibet *Libros IV. Sententiarum M. Petri Ep. Parisini* dicti a Patria *Lombardi*, qui annum 1164. postremum habuit *ἀπονομαστικὸς* adpellatus *Magister Sententiarum*, ut notum. Praeit Prologus: *Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate nostra &c.* Sequi-

tur *Elenchus Caputum* et hic et ante ceteros Libros, *Distinctiones* tamen posteriore quadam manu marginibus adjectae sunt. Initium L. I. *Ueteris ac noue legis continentiam diligenti indagine &c.* Omnia, ut in Edit. *Lovan. 1552.* f. in quam *Joh. Aleaume, Pet. Crabbii* et *Ant. Ghenart* curae memorantur, quae tamen in eo sibi non constat, quod *Capitum* s. *Rubricarum* s. *Titulorum* Tabulam Libro I. quidem praefigat, requis vero subnectat. Omittit praeterea, quae nobis ante Librum IV. leguntur: *Hij tractatus quae ad doctrinam rerum pertinent quibus fruendum est quibus utendum. qui fruuntur et utuntur. ad doctrinam signorum accedamus. Samaritanus enim &c.* Finis totius Operis: *cum viderit vindictam; quibus minio adjecit Librarius:*

*Finito libro nunc detur gloria christo.*

*Qui scripsit scribat semper cum domino uiuat.*

Itaque deest clausula illa: *Haec de pedibus sedentis &c.* quam non tantum habet Editio *Lovan.* citata, sed etiam vetustissima illa princeps *char. gotb. rudi, col. 2. f. 1.* et *a. f.* quae tamen etiam nostram *πείριχοπην* supra memoratam: *Hij tractatus &c.* agnoscit.

CCCCLXXVIII.

U. 280

Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 358. f. caractere luculento atro, rubricis distincto complectitur *Petri Lombardi IV. Libros Sententiarum* praevio Prologo *Denis Codd. Theol. V. II. P. II.*

go: *Cupientes aliquid de penuria &c.* et praefixo singulis Libris *Distinctionum* et *Capitum Elencho.* Margines illustrationibus occupantur, et ad calcem accedunt *Articuli*, in quibus *Magister sententiarum communiter non tenetur.* Articulos hos primus collegisse videtur *Antoninus Florent. Summae Theolog. P. IV. Tit. II. c. 8.* unde in Exemplaria mfs. et impressa dimanarunt.

D

CCCC-